


Ersterwähnung des Ortes / der Orte: Oberkirchen (Schmallenberg, Hochsauerlandkreis)

Erstmals erwähnt: 12.07.1244



Urkundensignatur: LAV NRW W Kloster Bredelar, Urkunden Nr. 33

Transkription gedruckt in: WUB VII Nr.568

Regest

Graf Adolf von Waldeck überträgt dem Kloster Bredelar Güter in Ober-Upsprunge, die dieses von Johann Liber (Friling) gekauft hat. Rhoden und Corbach 1244 Juli 12.

Transkription

1. In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Adolfus comes de Wal-
2. deke universis Christi fidelibus hoc scriptum contuentibus imperpetuum. Quia pertransibunt plurimi et multiplex erit
3. scientia iuxta illud: generatio preterit et generatio advenit, pium est ac coram Deo et hominibus placitum, ut ea, que a presentibus iuste et ra-
4. tionabiliter terminantur, memorie posterorum per scripta et sigilla radicatus imprimantur, ne quis sub pretextu ignorantie obiecto Dei
5. timore seniorum decretum faciat irritum, sicuti a multis constat presumptum. Noverint idcirco tam moderni quam postfuturi, quia
6. bona quedam in Upsprunge villa Superiori sita, quorum proprietas nos contingebat, Johannes quidam cognomento Liber libertatis iure tene-
7. bat et nostro tempore quiete possedit, de quibus urgente simul necessitate et utilitate, presertim cum eisdem bonis, prout sibi competeret, uti non
8. posset, ad petitionem honestorum virorum tandem permissione nostra dominum Wydekyndum abbatem de Breydelar et suum conventum
9. ordinis Cysteriensis convenit, ut, si emere vellent, libenti animo assentiret. Cum igitur ipsa bona pro situ suo ecclesie prelibate contigua forent
10. et commoda, et cum idem abbas suumque collegium nostram benevolentiam super hoc contractu haberet, mediantibus quibusdam fidelibus data statuta
11. pecunia comparavit, et idem Johannes cum filio suo in ecclesia iam dicta positus in domo videlicet infirmorum ibidem abbati et conventui eadem bona co-
12. ram mediatoribus Godescalco scilicet de Pathberg et Hermanno fratre suo, Gerlaco Dikebero, et Elgero de Dalewich benigne obtulit iuri suo
13. cedens. Postea in oppido nostro Roden et Corbike in libero iudicio, quo liberis hominibus nostris ibidem convenientibus presidere solemus, in

14. manus nostras eadem bona prefatus Johannes una cum uxore et liberis heredibusque universis in presentia clarorum virorum resignavit omni iuri suo in
15. eis habito vel habendo totaliter cedens; et hec cessio sententia seculari, uti moris est et ut id fieri decebat, confirmata est. Deinde nos, quia do-
16. natio eorundem bonorum sententialiter nobis adiudicata est, intuitu Jesu Christi eiusque pie genitricis Marie virginis gloriose pro remedio anime nostre
17. et parentum nostrorum de voluntate filiorum nostrorum Heinrici et Wydekyndi necnon et filiarum, heredum, ministerialium liberorumque hominum nostrorum com-
18. municonsilio ecclesie memorate eadem bona in agris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus cum omni integritate,
19. sicuti idem Johannes possedit iure proprietario contulimus eique plurimum favemus libere et quiete possidenda. Warandyam insuper eidem ecclesie ubique
20. locorum, cum necessitas exegerit, gratanter prestabimus et opem contra malignantium impetitiones feremus. Ut autem hec conventio et nostra donatio rata et
21. inconvulsa in evum permaneat, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri appensione confirmamus, ut bonorum, in quibus fratres ecclesie prefate Deo
22. deserviant, tam nos, quam parentes nostri in vita pariter et in morte participes fore mereamur. Hoc etiam annotare cupientes
23. publice protestando, quia minime pretereundum, quod sepe dicta bona XXX^a marcas gravis monete constiterunt, quas prefixo tempore
24. abbas et conventus ecclesie prelibate integraliter persolverunt. Huius rei testes sunt milites, qui eidem iudicio nostro libero, quod vulgariter
25. *vrigedinch* dicitur, ubi hec stabilita sunt, affuerunt: Thetmarus Opolt, Johannes castellanus in Pathberg, Hermannus de Ythere,
26. Conradus de Wagebach, Albero de Recherinchusen, Bernhardus de Dalewich, Reinboldus de Reyn et filius suus Reinboldus,
27. Ambrosius gogravius de Fleichthorp, Albertus de Twissene, Johannes de Curbike et Heyno frater suus, Ordemarus Grinpe, Waligo de Ense, Godescalcus de

28. Mulnhusen; burgenses de Curbike: Wernherus de Barstorp, Regenhardus de Neyrthere, Heinricus de **Overenkerke**; Fredehardus magister consulum
29. in Mersberg, Volnandus iudex ibidem, Heinricus Dilendey; liberi homines: Reinboldus de Wakenvelt, Gerbertus et Wezelinus de Othmarinchusen et alii quam
30. plures. Acta sunt hec anno gratie M^o.CC^oX^oLIII^o, quarto Idus Julii, indictione secunda.

Siegelbeschreibung

Siegel Adolfs von Waldeck.

Ortsnamen

Waldeke:	Waldeck, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Upsprunge:	(Ober-)Upsprunge, zu Salzkotten, Kreis Paderborn
Breydelar:	Bredelar, zu Marsberg, Hochsauerlandkreis
Pathberg:	Padberg, zu Marsberg, Hochsauerlandkreis
Dalewich:	Dalwig, wüst bei Korbach, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Roden:	Alt-Rhoden, zu Diemelstadt, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Corbike/Curbike:	Korbach, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Wagebach:	Identifizierung unsicher
Recherinchusen:	Identifizierung unsicher
Reyn:	Rhena, zu Korbach, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Fleicthorp:	Flechtdorf, zu Diemelsee, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Twissene:	Twiste, zu Diemelsee, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Ense:	Ense, zu Korbach, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Mulnhusen:	Mühlhausen, zu Twistetal, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Barstorp:	Identifizierung unsicher
Neyrthere:	Neerdar, zu Willingen, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Mersberg:	Marsberg, Hochsauerlandkreis
Wakenvelt:	Wakenfeld, zu Willingen, Landkreis Waldeck-Frankenberg
Othmarinchusen:	Identifizierung unsicher

Abschrift der Urkunde und Zusammenfassung

Abschrift	Regest
<p>In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Adolfus comes de Waldeke universis Christi fidelibus hoc scriptum contuentibus imperpetuum.</p>	<p>Graf Adolf von Waldeck</p>
<p>Quia pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia iuxta illud: generatio preterit et generatio advenit, pium est ac coram Deo et hominibus placitum, ut ea, que a presentibus iuste et rationabiliter terminantur, memorie posterorum per scripta et sigilla radicitus imprimantur, ne quis sub pretextu ignorantie obiecto Dei timore seniorum decretum faciat irritum, sicuti a multis constat presumptum.</p> <p>Noverint idcirco tam moderni quam postfuturi, quia bona quedam in Upsprunge villa Superiori sita, quorum proprietas nos contingebat, Johannes quidam cognomento Liber libertatis iure tenebat et nostro tempore quiete possedit, de quibus urgente simul necessitate et utilitate, presertim cum eisdem bonis, prout sibi competeret, uti non posset, ad petitionem honestorum virorum tandem permissione nostra dominum Wydekyndum abbatem de Breydelar et suum conventum ordinis Cysterciensis convenit, ut, si emere vellent, libenti animo assentiret.</p>	<p>bestätigt den Verkauf von Gütern in Ober-Upsprunge durch Johann Liber, die dieser nach Freienrecht besessen hat, an das Kloster Bredelar, vertreten durch Abt Widekind gegen Zahlung von 25 Mark schweren Geldes. Das Rechtsgeschäft wurde durch Gottschalk von Padberg, dessen Bruder Hermann, Gerlach Dikberus und Elgerus von Dalwig vermittelt und im Kloster Bredelar durchgeführt.</p> <p>Anschließend hat der Verkäufer auf dem von Grafen präsierten Freigericht zu Alt-Rhoden und Korbach auf alle Rechte verzichtet. Der Graf überträgt mit Zustimmung seiner Söhne Heinrich und Widekind alle Rechte dem Kloster.</p>

Cum igitur ipsa bona pro situ suo ecclesie prelibate contigua forent et commoda, et cum idem abbas suumque collegium nostram benevolentiam super hoc contractu haberet, mediantibus quibusdam fidelibus data statute pecunia comparavit, et idem Johannes cum filio suo in ecclesia iam dicta positus in domo videlicet infirmorum ibidem abbati et conventui eadem bona coram mediatoribus Godescalco scilicet de Pathberg et Hermanno fratre suo, Gerlaco Dikebero, et Elgero de Dalewich benigne obtulit iuri suo cedens.

Postea in oppido nostro Roden et Corbike in libero iudicio, quo liberis hominibus nostris ibidem convenientibus presidere solemus, in manus nostras eadem bona prefatus Johannes una cum uxore et liberis heredibusque universis in presentia clarorum virorum resignavit omni iuri suo in eis habito vel habendo totaliter cedens; et hec cessio sententia seculari, uti moris est et ut id fieri decebat, confirmata est. Deinde nos, quia donatio eorundem bonorum sententialiter nobis adiudicata est, intuitu Jesu Christi eiusque pie genitricis Marie virginis gloriose pro remedio anime nostre et parentum nostrorum de voluntate filiorum nostrorum Heinrici et Wydekyndi necnon et filiarum, heredum,

<p>ministerialium liberorumque hominum nostrorum communi consilio ecclesie memorate eadem bona in agris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus cum omni integritate, sicuti idem Johannes possedit iure proprietario contulimus eique plurimum favemus libere et quiete possidenda. Warandyam insuper eidem ecclesie ubique locorum, cum necessitas exegerit, gratanter prestabimus et opem contra malignantium impetitiones feremus.</p>	
<p>Ut autem hec conventio et nostra donatio rata et inconvulsa in evum permaneat, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri appensione confirmamus, ut bonorum, in quibus fratres ecclesie prefate Deo deserviunt, tam nos, quam parentes nostri in vita pariter et in morte participes fore mereamur. Hoc etiam annotare cupientes publice protestando, quia minime pretereundum, quod sepe dicta bona XXX^a marcas gravis monete constiterunt, quas prefixo tempore abbas et conventus ecclesie prelibate integraliter persolverunt.</p>	<p>Siegelankündigung des Ausstellers</p>
<p>Huius rei testes sunt milites, qui eidem iudicio nostro libero, quod vulgariter <i>vrigedinch</i> dicitur, ubi hec stabilita sunt, affuerunt: Thetmarus Opolt, Johannes castellanus in Pathberg, Hermannus de</p>	<p>Zeugen: Die Ritter Dietmar Opolt, Johannes, Kastellan zu Padberg, Hermann von Itter, Konrad von Wagebach, Alberus von Recherinchusen, Bernhard von</p>

<p>Ythere, Conradus de Wagebach, Albero de Recherinchusen, Bernhardus de Dalewich, Reinboldus de Reyn et filius suus Reinboldus, Ambrosius gogravius de Fleichthorp, Albertus de Twissene, Johannes de Curbike et Heyno frater suus, Ordemarus Grinpe, Waligo de Ense, Godescalcus de Mulnhusen; burgenses de Curbike: Wernherus de Barstorp, Regenhardus de Neyrthere, Heinricus de Overenkerke; Fredehardus magister consulum in Mersberg, Volnandus iudex ibidem, Heinricus Dilendey; liberi homines: Reinboldus de Wakenvelt, Gerbertus et Wezelinus de Othmarinchusen et alii quam plures.</p>	<p>Dalwig, Reinbold von Rhena und dessen Sohn Reinbold, Ambrosius, Gograf zu Flechtdorf, Albert von Twiste, Johann von Korbach und dessen Bruder Heino, Odemar Grinpe, Waligo von Ense, Gottschalk von Mühlhausen. Bürger von Korbach: Werner von Barstorp, Regenhard von Neerdar, Heinrich von Oberkirchen, Friedhard, Bürgermeister in Marsbberg, Volnand, Richter zu Marsberg, Heinrich Dilendey. Freie: Reinbold von Wakenfeld, Gerbert und Wezelin von Ottmarinchusen und andere mehr.</p>
<p>Acta sunt hec anno gratie M^o.CC^oX^oLIIII^o, quarto Idus Julii, indictione secunda.</p>	<p>Datum 12. Juli 1244</p>